

Manuale privatum
Matthiae Hovii Archiepiscopi
Mechliniensis a Nov. 1617
usque ad 20 Maii 1620

This is a fairly rough transcription.

Folio 1

Registrum actorum Reverendissimi et illustrissimi Domini Archiepiscopi
Mechliniensis coeptus Kal. Novembris Anni 1617

Festum omnium sanctorum 1617 (Mechelen)

Health: Celebravi sacrum et vespas sed cum magna fatigatione.

Deans/Discipline: Post vespas declaravi Archipresbytero Mechliniensi me Henricum Vinck aliquamdiu toleraturum in deservitura solitae curae suae sed plane nolle et prohibuisse ne iret ad diversoria puerperia aut nuptias aut adesset Magdalenae venditrici vini adusti et me seposuisse resignationem eius in pixidem? decanatus Mechliniensis.

2 Nov 1617 (to Brussel)

Post officium in templo profectus sum Bruxellam ut crastino die tempestive essem ter vuren.

Advocatus Van (der) Aelst valde humaniter mihi declaravit affectum principis Aurai*ci* in me occasione missi cerni, et promisit infra octiduum aut circiter mihi dare statum causae inter Beginagium et sororium? Heuvelman.

3 Nov 1617

Archdukes: Benedixi primum tria altaria in municipio ter Vuren coram principibus et recepi a decano Bruntino? litteras ducis Brabantiae, quas mihi tradidit, jussu archiducum, quibus volui responderet me eas lecturum et daturum responsum principibus postquam egero cum abbate Parcensi.

4 Nov 1617 (to Affligem)

Affligem: Benedixi primum lapidem sacelli beatae virginis in nova civitate sive platea mariana Bruxellae et deinde profectus sum Affliginium.

Folio 1v

Montis pietatis: Quia significatum erat Bruxellensi usurario publico ne deinceps exerceret mensam fenebrem¹ murmurare multos pauperes non intelligentes naturam montis pietatis². Id requirente Wencelao Couwberger

¹ De rente betreffend

² Berg van Barmahartigheid = openbare leenbank, opgericht door Coebergher

jussi publicari in suggestibus schedulam ex nomine meo, qua significabam id fieri ob magnum bonum et cum magno populi commodo tam spirituali quam corporali, cuius schedulae puto dominum Adrianum adhuc habere minutam.

5 Nov 1617 Dominica

Jubilee: Affliginii celebravi Missam Iubilaei coram Abbatibus Sancti Andreae et Ninoviensi, Comite d'Isegem, Consule Maesdam cum uxore, Vremde, Vilani, Visscher, Judoco Mertens, cum uxoribus, cantore Antverpiensi, Beyerlinck et omnibus religiosis etiam extraneis, excepto Wolfango aegrotante.

6 Nov 1617

Discesserunt domum post prandium Abbas Ninoviensis, cantor et Beyerlinck. Permissi cantori Alostano quod in cura sua tertia demum³ septimana semel legerit missam Sanctissimi Sacramenti et alias duas pro quarum singularum honorario non habet nisi sex florenos.

Agendum item cum decano christianitatis de misero Coppens canonico et organista. **Schools:** An scilicet illa capellania non posset dari primissario volenti aperire scholam.

Item an non debeant in capitulo procurari distributiones.

Affligem: Audivi de Couckio.

7 Nov 1617

Affligem: Contuli prioratum Bornhemiensem domino Francisco Jacobs. Multis egi cum archipresbytero Asschano de canendis vesperis in Merchten. **Pastors:** Idem Archipresbyter mihi dixit pastorem in Maseseel et Baerdegem una cum cappelano in Opwijck egere monitione.

Idem mihi dixit inveniendum modum ut organista Alostensis resideat ad quod est satis pronus et sperat ad effectum deducere.

Folio 2

Affligem/Pastors: Lectorem Affliginiensis etiam paratum aliquid comparere in usum pastoris de Esschen de sua portione de Meldert.

Affligem: Obtulit se filius domini de Herdersem? ad religionem de quo agendum cum priore.

Item se obtulit de Peuter ad idem quem iussi aliquot dies in monasterio manere examinandum. Abbas S. Andrae mecum egit de querela domini Cornelii quod a priore non habeat pecuniam cui dixi curaret eum mihi loqui me priorem

³ Pas, eerst, niet eerder dan

advocaturum et iussurum priori ne sinat illum egere sed in presentia utriusque ut nihil temere dicatur.

Adfuit mihi pastor in Beighem conquerens de habentibus praebendas affectas sed iussi communicari libellum.

Heri et hodie auditi sunt computus religiosorum.

8 Nov 1617

Miracles: Venit conformanda puella ex suburbiis Alostensibus habitans in hospitali oppidi Alostensis quae asseverante honesta matrone illam ex mandato praefatae Affliginium adducente, et contestantibus etiam omnibus aliis qui saepe de illa audierant quod nihil omnino comederat a festo Sancti Joannis 1616 in hanc horam, dicens se nihil comedere nec vult saccharum nec bibebat nisi semel in die aliquid aquae purae. Eratque vegeta et bonae valetudinis decem annorum cui assistens prior Carmelitarum Alostensium dicebat id ipse evenisse ex magna terrefactione tempore cuiusdam tempestatis putabat autem per maleficium illi contigisse.

Pastors: Accersui Affliginium Adrianum Moens pastorem in Mazeesele et Baerdeghem quem audieram iterum turpiter inebriatum cum filio doctoris Alostensis? in Opwijck ut mihi retulerat archipresbyter Asschanus petens illum acriter monerem quod et feci dicens hanc postremam monitionem meque eum ejectionem si relibatur, neque? enim habet nisi deservituram volebat quidem respondere sed cum hoc postremo verbo ablegavi eum.

Folio 2v

8 Nov 1617

Affligem: Iterum computatum est de distributione frumenti. Suasit Franciscus Lemmens ad aedificare sequenti anno ad abbatiam eo quod cum ecclesia incipietur desisti non poterit aut intermitti.

Venit filius receptoris Coucke cui dixi hic ipso die mitteret patrem cupere me illum conventum quandoquidem cras forsitan essem abiturus.

9 Nov 1617

Affligem: Vocavi Affliginium quaestorem Coucke. Illi legi conditiones instructionis suae omnes et iuramentum, quod super eis prestitit, ac ostendi illum poene nullam conditionem observare; dixique illi hic agi de conscientia et honore meis, quae etiam vitae meae prepono. Redargui⁴ etiam illam quod religiosorum parum

⁴ redarguere = weerleggen

solvat, cum sciatur? quanta sit eius receptio, ostendique illi quam periurus⁵ esset , qui sexcentos florenos contra suum juramentum recepisset in detrimentum monasterii, et ab alio viginti quatuor vel 25 flor, pro translatione conductionis 5 vel 6 bonariorum terrae in Oordegem, et addidi quod rem veram habeam, et ubi eam ipsi probavero, quod intendam illum cogere ad restitutionem. Respondit valde tepide et claro quod restituet id quod invenietur sic accepisse, insinuans quod uxori ipsius possit aliquid datul esse, ad quod respondi in communem bursam venire quod uxori ipsius datur. Item me habiturum mille quingentos florenos, pro iis quae elocavit tantum quadringentos. Ursi praeterea ut redderet rationem, ad quod dixit se incipere eam describere, querenti mihi quantum tempus ad perfectionem requireret, respondit primum 14 dies et paulo post 3 septimanas. Dixi ergo illi quod post tres septimanas curaret rationem reddere, et simul fidelem statum eorum quae accepisset et solvisset.

Conveni cum Rumoldo Mertens, quod dabo eius capellano 60 florenos addens quod sum eius intentionis ut prima occasione separem parochias, singulis procurans unum pastorem, et mandavi eidem describeret mihi nomen illius veridici⁶ in Huldenberge, cum designatione eorum qui possent promotori bonu(a)m informationem dare, quem dicebat esse non dissimilem⁷ quondam Losschen Gillis.

Folio 3

Filium Domini de Herderssem ambientem recipi in monasterio recusavi, dicens religiosos eum non optare, nec unquam me aliquem invecturum contra eorum beneplacitum.

Franciscus Laurentii famulus meus me rogavit posset suscipi in monasterium Affliginiense, dicens se toto anno id habuisse in animo, quare illum priori commendavi.

Venimus Bruxellam.

Priorem nisi visitatum fratrem Wolfgangum graviter deficientem.

10 Nov 1617 (to Brussel, day before)

Tragedy Hartius: Recepti a canonico hartio schaedulam apertam cuius tenor hic sequitur. Illustrissime praesul, iam toties scripsi, supplicans mihi insinuari causam tam inhumanae detentionis et abominabilis iniustitiae, rogo igitur per viscera Domini Nostri Jesu Christi, ut mihi ad minimum iam iustitiam iustitiam iustiam (sic) administrare dignetur. His lachrimis sanguinens? Deum rogo me eripiat etc.(?) diu servet, hac 1a novembris anno salutis XVII, inferius erat scriptum:

⁵ leugenachtig

⁶ waarzegger

⁷ dissimilis = verschillend van, niet dezelfde als...

Illustrissime D. L.(?) humilis cliens J. Hartius. Per de post scriptum erat a latero: Incredibile dictu quam inhumaniter hic trucidentur; nullus meorum hucusque apparuit sed deo....(opengelaten) ad minimum rogo indicentur causae tanti schandali nam dicere et non probare detrahere est. Ex insanu carcere Rupelmondano.

Misi Mechliniam Franciscum ut mihi adferret fuscam cerevisiam ad medendum in frigidatione qua laborabam magna.

Pastors: Pastor in Webbecum attulit mihi mirabilem casum de diacono coniugato cum consilio et episcopi Ruremundensis cuius servavi autographum.

Item egit pro Augustiniensibus ad habenda materialia diruti sacelli de alta vinea, cui dedi antidotum conceptum a domino Asbroeck.

11 Nov 1617

Health: Correptus sum vehementi et continua tussi ut non potuerim? celebrare.

Tragedy Hartius: Respondi ad scedulam Hartii canonici et simul eandem scedulam misi patri cum copia responsi mei, eundem patrem monens ut nutius? aliquid de filio cogitaret ne

Folio 3v

ne eum ad indignationem provocaret secundum doctrinam Apostoli ad Ephes. et mihi item scriberet quo iure tam ipse quam ego possemus Eccllicum tractare.

12 Nov 1617 Dominica

Affligem: Venit ex Valle Florida prior Affliginiensis referens se invenisse dominum Wolfanghum valde debilem ac dedisse de mandato meo 25 florenos quibus valde laetabatur, et dixit prior ipsum esse valde molestum ac morosum atque egere multo famulatu duarum sororum et unius servi monasterii quique lectum suum frequenter des(f?)edat, deinde pater eiusdem monasterii mihi exposuit querelas ex nomine monasterii sicut etiam quod multa ligna consumat petens a conventu Affliginiense habere rationem horum extraordinariorum sumptuum, cui respondi aequum esse horum extraordinariorum aliquam rationem habere ad quod essem coicaturus cum conventu et adiuturus ut fiat quod aequum indicabitur et postmodum hac de re loquens cum priore simul conclusimus quod mitterentur Abbatissae centum floreni cum honestis lris insinuando tamen quod antea nos debuissent monuisse dum erat transportabilis quod nunc non est. Respondit confessor monasterii se haec relaturum abbatissae.

13 Nov 1617

Venit pastor Sti Michaelis Leunkens insinuans se abire Antverpam et proinde valde commendans ad successionem dominum Joannem Marchant qui etiam per subscriptionem magistrorum fabricae S. Spiritus et comm pauperum aliorumque parochianorum docebat se valde expeti ad pastorum Sti. Michaelis. Dimisi tamen cum bona spe sed sine determinatione.

Affligem: Venerunt Affliginio fratres Cornelius (Le Febure) et Gulielmus Holvoet et domum properantes sed pernoctantes apud nos.

Admisi duas ad monasterium Thabor.

Heri canonicus Borlut consensit.

14 Nov 1617

Dixi archipresbytero quod utar domino Burloto loco Butkii(?) in civitate et fuit contentus.

Folio 4

Mandavi archipresbytero quod si usu veniret mitteret ad me Verhoeven et proposui examinare pastorem in Hulpa.

Vocandus cum poena suspensionis pastor in Atrouij.

Health: Doctor Masteleyn mihi praescripsit potionem.

Couberghe mihi promisit solutionem bis millium et de querela contra Beyerlinck.

Jubilee: Pastor Beguinagij mihi dixit nuntium egre interpretatum quod non fuerit invitatus ad jubilaum.

15 Nov 1617

Praelatus Tongerloensis cum praeposito mihi significarunt vacare praebendam Diesthemij et detulerunt mihi distinctionem capellaniarum.

Dixit mihi Lantschot concilium Brabantiae detulisse mihi causam eius contra dominam de Bijgaerden.

Jesuits: Patres Jesuitae petuerunt facultatem catechisandi in Beguinagio.

Scrpsi Conciliario Vulder in favorem ludimagistri in Penteryken? ad petitionem pastoris B. Virginis.

16 Nov 1617

Tragedy Hartius: Accepi scriptum consiliarij Otthonis Hartij quo mihi probat sibi licere in filium etiam sacerdotem quod fecit quo etiam me rogat apud abbatem Tongerloensem intercedere quod volens facere per praepositum Diestens. Intellexi eum iamiam q̄ discessisse in Duffel cras perrecturum domum itaque ipsi praeposito rem commisi qui et se eam acturum recepit.

Sacellanis seu vicariis dicti praepositi iniunxi tres missas septimanales pro tribus annis finiendis in natali Domini Anni vigesimi, quod declararet praepositus fructus simul iunctos non ascendere nisi ad 60 florenos.

Dominus decanus S. Gudulae adiit nuntium expiscaturus an a me alienaretur ob neglectum in jubileo sed invenit contrarium.

Affligem: Abiverunt duo illi religiosi Wavriam paulo animae quiores.

Scripsi archipresbytero Thenensi missa suspensione a divinis Liberto Francisci usque dum se mihi obtulerit.

Scripsi domino Martino Leunkens bene facturum eum si marchantum procuret suum successionem.

Folio 4 v

16 Nov 1617

Vitandi etiam in castris frater Petrus Coppens Augustinianus et Dominus Ludovicus de Buisson secundum litteras Archidiaconi nostri Bruxellae acceptas 16 novembris 1617.

17 Nov 1617

Scripsi domino Janssonio causam cur Marchanty praebatus? sit eius procuratori quia praecipui parochiae illum petebant et significabatur parum gratum esse eius procuratorem.

Venit pastor Thenensis cum comendatitiis Corselii ut promoveretur Antverpiae sed

Canonici Anderlechtenses obtinuerunt a me confirmationem et communionem parvarum decimarum cum magnis.

Dominus Vander Eycken me accessit ut excusari possit a decanatu non valente ultra ducentos Rhenenses cum obligatione habitandi extra civitatem, et cum non habeat praebendam quae non est in manu suae Celsitudinis.

Adii nuntium apostolicum illi referens statum monasterii Bijgardiae qui confessus est se hac de re locutum suae Celsitudini qui responsum accepit mecum ageret dixitque se non scivisse quod solent tantum tertio quoque anno exire et suasurum se, quod singulis annis dimitterentur semel ad quatuordecim dies, sed non sine licentia archiepiscopi. Item quod exigerentur ante omnia admittere crates?, quodque non dimitterentur nisi traderentur per proprium fratrem, patrem, sororem aut ad minus secundum gradum atque per hos deducerentur in domum parentum qui tunc illas tantisper⁸ custodirent, si vellent. Interim se per omnia mihi concensurus? et nihil velle hactenus quasi a se dictum loqueret principi et

⁸ zo lang

suadere se ad suasurum principi ut singulis trienniis mutetur abbatissa sed numquam admittere ut monachus sit confessor monialium.

18 Nov 1617

Scripsi abbati Eenamensi inquirens an cuperet me illi aliquem submittere in locum pastoris de Nukercke.

Scripsi Janssonio me providisse et rogare ut ipse provideat etiam Leonardo Thyson in Zichem quandoquidem 16. huius lata est sententia dismembrationis. Misi etiam collationem dicto domino Leonardo Capellaniae B. Mariae Zichem.

Folio 5

Scripsi Domino Trompeto sententiam unionis personatus Hoffstadiensis esse quidem 16. huius latam sed optare me scire an archipresbyter Alostanus acceperit jus 50 florenorum annuorum.

Dixi archipresbytero Bruxellensi quod significaret canonico Burlot reddendas rationes S. Spiritus die martio? in Sta Catharina, atque illi danda commissio.

Bishops: Episcopus Brugensis mecum pransus est sicut et archipresbyter Bruxellensis.

Abbas Parcensis mecum tractavit de querela Suae Celsitudinis quoad capellanos in Ter Vueren.

Advocatus Lallors? petiit a me subsidium.

Nunciatum mihi de gravi morbo abbatissae Cortenbergensis quae hodie fuit communicata et iniuncta, sed quia me addixi Grimbergensibus non potui illuc accurrere.

19 Nov 1617 Dominica (Grimbergen/Brussel)

Confirmations: Grimbergae consecravi duo altaria et confirmavi 436 homines.

Vesperis Bruxellam reversus recepi a secretario Tromperts quod eius jus 50 florenorum annuorum probe et per sententiam sit servatum archipresbytero Asschano ex fructibus personatus Hoffstadiensis idque 16. currentis mensis.

20 Nov 1617

Media nocte mortua est Magdalena de Nivella abbatissa de Cortenberghe ubi fui.

21 Nov 1617

Household: Numeravit mihi Claudius Goubaut super dote mea octingentos florenos et quatuor stuferos ex quibus numeravi ancillae matri sexagintaduos florenos et VIII stuferos.

Hodie ivit Brulotius auditorus computus ad S. Catharinam.
 Heri admissus pastor in Eertegem Anthonius Coopman relicta obligatione.
 Pransi sunt mecum advocatus Gaule et Vanden Hove cum uxore et matre
 Snellinck et Goubaut.
 Implorarunt opem meam illi de S. Gudula ad puniendum Laurentium ipsorum
 captivum sacrilegum.

Folio 5 †

Affligem: Dedi multa praecepta et apostillas Claudio Goubaut discedenti velut de assumendo praetore in Wavria, de faciendis ostiis in Wavriae prioratu, de dando 100 florenos abbatisae Floridae Vallis. De ulterius procedendi cum de la Haye si nolit rationabiliter transigere propter amputatas quercus de elocandis villis.

22 Nov 1617

Dominus de Pitsenburch valde mihi commendavit quendam Gerardum Smits suum contubernalem⁹ ad praebendam Mechliniensem ut doctum qui Spirae et Mechliniae diu egit advocatum.

Household: Petro Buydens dedimus 288 florenos dandos ancillae Annae Boels (is this Francis Boels' sister? or cousin, since family was from Mechelen).

Affligem: Mandavi Claudio Goubaut ut D. Rumoldo Mertens daret sexaginta florenos in annum pro sacellano qui celebrat in Vossem et alias in Leefdale loco pastoris quem deberemus in Vossem alere ex decimis.

Heresy: Pastor S. Nicolai petiit tria altaria consecrari et promisit mihi duorum haereticorum nomina.

Prior Carmelitarum reformatorem petiit consecrari altaria sua, et petiit me definire causam inter suum conventum et capitulum S. Gudulae dicens se ne legisse quidem ad quae capitulum volebat ipsum respondere.

Iterum scripsi Couckio pro his quae Snellingus dixerat necessaria sc(ilicet?) de hueringe ter heijden et transenier.

Egi cum pastore et reatricibus Beguinagii Bruxellensis.

23 Nov 1617

Pastor in Buggenhout commendavit miserum suum capellanum 76 annorum pauperem et delirantem.

Pastors? Citandus Judocus de Cuyper super scandalo quod cum ancillam suam sciret gravidam adhuc 14 dies eam servavit in oppido Hallensi solus cum ea habitans et quod non residerit in parochia sua, nec nominetur alius pater, sitque

⁹ krijgsmakker

suspectus de incontinentia etiam propter aliud scortum¹⁰ ut narravit mihi eius archipresbyter pastor in Ayseghe

Folio 6

Invitavi Borlut pastorem Beguinagii, Archipresbyteros Bruxellensem et Leeuwensem S. Petri, pastores de Humelghem et Buggenhout. Promisi Wencelao quod habita legitima autoritate et securitate de mea et seminarii pecunia imponam in Monte pietatis 5000 florenos.

Suasit mihi confessor principis aliquid cedere monialibus Bijgaerdiensibus salvo quod a me licentiam petant.

Dixi filio audientiarum ut pater insinuet principi mortem abbatissae de Cortenberghe.

Affligem: Misi Franciscum Alostum ut adducat receptorem Coeck cum scedulis elocationis bonorum ter heyden et ransinier et ordinationibus meis.

24 Nov 1617

Pastors: Misi litteras ad abbatem Eenamensem per nuntium Geselle quibus describebam pastorem in Nukercke et simul offerebam ei idoneum pastorem timens ne ipse non dedisset litteras per ipsum missas.

Ivi ad congregationem ordinum.

Affligem: Venit supprior Affliginiensis mihi ex uxore receptoris Coecke offerens filium suum ut succederet patri.

Family: Visitavit me in prandio Ferdinandus aliquando famulus meus.

Dominus Cruijkenborch egit mecum de saecularibus inhabitantibus abbatiam de Bijgaerden cui commendavi causam cum Laurentio De Roy.

Bernardus Cornelii mihi valde commendavit praepositum Forestensem.

Venit Moortgat pro repetenda conductionem quem remisi.

Affligem: Venit etiam receptor Coucke a me vocatus ob bona ter Heyden ransonnier et Buggenhout.

Heresy: Misi mihi libellum Josephus Cresnelus sacerdos Anglus contra apostatum archiepiscopum Spalatens.

Household: Accepi heri a Blijleven quinquaginta florenos in diminutionem sui debiti quos dedi ancillae matri.

25 Nov 1617

Household: Hodie adhuc undecim florenos numeravit Blijleven ad computum suae administrationis quod etiam dedi ancillae matri.

¹⁰ lichtekooi, maîtresse

Affligem: Examinavi scripta Coeckii cum Snellingo quoad bona de ransonnier et ter Heyden.

Tam ante quam post prandium fuerunt apud me ordines Brabantiae usque ad vespas.

Folio 6 v

Affligem: Abiit supprior et Coeckius.

26 Nov 1617 Dominica

Bishops: Dixit mihi episcopus Brugensis modum quo in Flandria aequantur redituarii, qui mecum pransus est.

27 Nov 1617

Ivi ad congregationem ordinum.

Pransus est mecum prior Heverleensis suggestit consilium de adiurandis? singulis et ego illi de scribendis mihi litteris.

Adfuit mihi Couberghe qui dixit velim rogare praesidem Cancellarium ut una mecum sit protector montis pietatis.

Magistratus Bruxellensis mihi obtulit duas amas vini Rhenani.

28 Nov 1617

Dedi matri 33 florenos.

Consecravi tria altaria in S. Nicolao.

Pastor in Bijgaerden mihi dixit plane contrarium esse aliquod testimonium et dominum de Forneau seniore fratrem? dicere quod iunior frater erret. Abesse Bijgardiam monasterium bene tribus iactibus lapidis a dominio Capellae se tamen parvifacere? eam rem.

29 Nov 1617

Frater Constantiae? valde mihi eius promotionem commendavit.

States Brabant: Ivimus ad ordines Brabantiae.

Chapters/Kelders: Vocavi sacerdotem Kelder? filium fossoris S. Gudulae, sed aberat domo et non comparuit.

Nuntio/Holland Vicar: Visitavit me nuntius apostolicus valde reprehendens durum caput Sibrandi.

Pastors: Heri levata suspensione dedi pastori in Atroy 8 dies.

30 Nov 1617 (to Bijgaarden)

Profectus sum in monasterium de Bijgaerden convocatis religiosis dixi me expectare adventum principis Bruxell deinde cupere me scire extremam earum resolutionem ad quod per organum sui confessoris. Mihi responderunt eandem substantiam suarum litterarum quas heri ad me scripserant. Ad quod respondi me id dicturum principi cui simul et nuntio si haec placeant me ne quidem verbo contradicturum, et

Folio 7

iussi iungi¹¹ currum¹² eundem ascensurus nisi me revocassent, quibus dixi frustra me revocari si aliud nolint dictum quam paulo ante. Itaque declararunt se paratas obedire eo modo quo scribi volebam illaeque consentiebant et promittentes post relectionem scripturae quod ita deinceps observarent in cuius firmum robur omnes et singulae subscribebant coram abbatissa et me. Scriptum autem quod me requirente scribebat earum confessor erat tenoris qui sequitur:

"Op heden lesten november 1617 is den Eerweerdigsten Heere Aertsbisschop van Mechelen geweest int Clooster van Bygaerden ende naer vele conferentien op het uytgaen van de religieusen, hebben hem die religieusen gebeden, om te mogen uyt den clooster gaen alsser eenighen noot van haer seer naer vrienden soude voorcomen te weten als in den doots noot sijnde, heeft geantwoort den voorn. heer Aertsbisschop, soo vele in hem is te vreden te zijne als dat ter wijlen hij oft te Mechelen oft te Bruessel sal sijn, dat men aen hem alsdan desen noot sal verclaren, ende gaf te kennen genoech geneycht te zijne, om als hij dijen noot soude verstaen redelijck te zijne die religieusen alsdan consent te geven voor soo veel tijts als hij soude achten redelijck te zijn, maer anders niet. Dan als hij soude elders sijn dan te Bruessel oft te Mechelen soude, van almi? af yemandt bemachtigen daer die religieusen haren orloff souden afnemen. Gaf oock te kennen den voors. Eerweerdigsten Heere Aertsbisschop zoo vele als in hem is, te vreden te sijn dat die religieusen vanden voors. clooster souden alle twee iaren eens moghen haer tweeder gaen haer vrienden besoecken, nochtans niet ten tijde van weirelijcke bruyloften oft kermissen ende dat met consent van mevrouwe d'abdisse in goede order te houden datter niet veel tsamen oft op eenen tijt en souden uyt zijn, ende dat voor twelf oft xiiii daghen behoudens die reysdaghen ende beloefden alle religieusen desen orloff zoo gestichtelijck te gebruycken als datmen van geen ongestichticheyt en soude hooren op pene van arbitrale correctie ende op ander jaren te moeten thuys blijven, naer het luyen van die uytspraeke der visitatie van den ixen december vanden jare 1616. Voorts beloefden die mevrouwe ende alle dander religieusen te onderhouden alsulcken redelijcke

¹¹ aanspannen

¹² wagen

reformatie als men metter tijt sal bevinden tot welstandt vande religie ende des cloosters noodich te sijn, ende te behooren.

Folio 7v

Actum anno et die quibus supra. Ende hebben die voorn. partijen dit onderteeckent oock aennemende dat zij op tijde hier vore niet uytgesproken, niet en sullen uytgaen ten ware collegialyck ontrent den clooster te wandelen (volgen de namen...)"

Kal. Decembris 1617 (Brussel)

Post celebrationem valedixi monialibus laetis ob hesternam transactionem et monui Boisot quod intellexissem ipsam callide duci et eludi proinde nolle me quod amplius quam semel exiret allatum pecuniam quae illi promissa erat quod etiam promisit se facturam.

Veniens Bruxellam inveni pastorem de Watermale conquerentem de sacellano Auwergemiensi tamquam impediente auditorium parochiae quem prandentem mecum monui quer. cum eodem sacellano, qui etiam pastor idem dixit quod archipresbyter de pastore in Crainhem et puero quem et debeo vocare.

Admisi ad audiendas confessiones 3 minimos.

Canonicus Brulot ex parte religiosarum de Jhericho petiit monasterio donari commissarius.

Bishops: Episcopus Brugensis commendavit Constantiam pro abbatissa in Cortenberghe.

Dominus Ramires mihi explicuit causam litterarum praefectae religiosarum conversarum.

Folio 8

Dominus de Maesdam rogavit me loqui novo oeconomio Forestensi ad habendam decimas Alostenses offerens quotannis initio anni solvere et excipere oeconomum sicut nunc excipitur alibi.

Pastor in Watermale iterum dixit mihi de veridico illo Philippo habitante extra portas Hallenses (stroodecker)

Health: Invitavit me in perendum diem cantor Mol sed respondi difficulter me posse.

Affligem: Rogavit me reclusus quondam Domini de Steegers?, vellem ipsum commendare Affliginien de quindena in quindenam.

Patronage: Etiam rogavit me seminarista Diestensis ut certitudinem inquirerem de residentia circa curam de Wersbeke.

Scribendum decano Thenensi.

2 Dec 1617

Household: Numeravi matri ancillae nonaginta novem florenos.

Monuit me archipresbyter promovendi negotii Eenamensis.

Affligem: Egi cum villicis de Buggenhout et Sluysvijver.

Promisi Dominae de Wieskercke me dicturus Archipresbytero ut visitet eius sacellum.

Scripsi archidiacono per Henricum Schutteput de pastore in Butzele et Roosbeke ut mihi rescribat iudicium vicariatus.

Dominus de Maesdam petit estimari aliquot arbores et singulis annis habere dimidium bonarium Slachant?

3 Dec 1617 Dominica

Invitavi totum magistratum Bruxellensem.

Dominus consiliarius Steenhuyse me invisit? proponens quaestionem de abbatibus non confirmandis nisi Romae et iterum commendans ad praebendam filium Quines.

Worldliness: Iterum commendavi magistratui diligentiam contra scandala luxuriae.

4 Dec 1617

Consecravi altare privilegiatum apud minoritas.

Invitavi pastores Beguinagii Sti. Catharinae et Sti. Nicolai, commatrem meam, Snellincx cum omnibus prolibus.

Visitavi matrem conversarum quae valde mihi conquesta est assidue venire in monasterium diversos sacerdotes et magnam familiaritatem contrahere cum religiosis sub specio et occasione unius fatuae¹³ filiae Francisci Bulens Ichtropolae quae quamvis citra expensus det ducentos florenos annuos et ob

Folio 8 v

hoc et alia valde utilis sit temporaliter monasterio omnino cupit ab ea liberari nisi stricto prohibeatur omnis accessus sacerdotum tam regularium quam saecularium nolens alios venire praeter confessorem ordinarium et me rogans ut hoc declararem patri huius puellae et scriberem acres litteras ad matrem ne quo modo hoc permetteret. Item saepe bibi et potitari in cellulis subministrante potu quidam religioso rubae vallis ut et hoc impedirem. Petebat etiam aliquam sibi cooperatricem nominandam vel commatrem vel suppriorissam et quia admodum pauperes sunt loco stultarum petebat licentiam instruendi puellulas, simul etiam

¹³ fatuus=onnozel, dwaas

ut prohiberent alii alicui quam confessori ordinario confiteri excepto moderatione? Concilii Trid. de extraneo bis terve in anno generatim constituendo. Monuit me decanus Bijsentinus de absolvendo negocio cum abbate Parcense. Accepi litteras Suae Celsitudinis ad me et dominum Pecqium occasione examinandi religiosas Cortenbergenses super succedenda abbatissa. Promisi Rouberghen agere cum Pecquio super immunitate. Kelderus mihi pernegavit se umquam cognovisse eam quae illi obtrudit infantem dicens etiam se posse docere quod duobus aliis eundem puerum studuerit assignare.

5 Dec 1617

Abbas Parcensis mihi declaravit non esse rationem in Fura Ducis constituendi capellanum sui ordinis nisi daretur medium vivendi supra 50 florenos annuos qui proveniunt ex decima de Ijseren quae pertinent ad capnum quas etiam pastor loci qui eas nunc percipit paratus est cedere capellano quod cum hodie referrem principi, dixit scripto darem meum advisamentum.

Nuntio: Dominus Cancellarius mecum egit de die suffragiorum cui dixi de Trogneseo addens consilium quod revocetur hac per nuntium et dixit Sua Cels. se rem discussuram.

Gavisus¹⁴ est princeps cum illi referrem successum Bijgardensem.

Folio 9

Qui etiam dixi de feretro¹⁵ S. Rumoldi ut confirmaret consensum magistratus, quare me ad praesidem remisit.

Dominus Vander Eycken dixit se non indignaturum.

Female Religious/Economic: De Weeze oeconomus Forestensis monasterii quem invitavi ad prandium mihi dixit quod supputarunt bona monasterii ad quatuor millia florenorum aut eo circiter debere valere et valitura.

Affligem: Accepi inciviles litteras et praematuram citationem Namurcensis pro villa de Francquenij.

Praefecti parochiarum Sti. Nicolai et Frigidi Montis mihi attulerunt consensum magistratus Bruxellensis ad solvendo sumptus processus nascituri propter facultatem administrandi sacramenta dandam pastoribus eius.

6 Dec 1617 (Vorst)

Ivi Forestum tradens abbatissae libellum exrepositi, quae me humano prandio excepit.

¹⁴ gavisus=verheugd

¹⁵ fertrum= draagbaar (relikschrijn?)

Holland Vicar: Adfuit mihi Sibrandus vicarius Harlemensis cui retuli quae nuntio dixeram tam de ipso quam de Trognasio quod heri dixeram principi.

7 Dec 1617 (Cortenberg)

Profectus sum cum Domino cancellario in Cortenberghe eodem etiam die inchoans examen religiosarum.

8 Dec 1617

Festum Conceptionis totam diem transegimus examine religiosarum.

9 Dec 1617 (Brussel)

Complentes quae supererant querenda de statu monasterii. Post mentaculas? redivimus Bruxellam ubi me convenit Vander Eycken ut sciret an Sua Celsitudo acceptasset eius recusationem et Coubergher referens molestias et impedimenta sibi facta per quosdam de financiis.

10 Dec 1617 Dominica

Household: Dedi matri ancillae septedecim libras grossorum.

Pastors: Misi Mechliniam litteras ut indiceretur concursus pro cura S. Michaelis. Misi eodem litteras Magistri nostri Mersier quibus tanquam turnarius praesentavit pastorem de Herent Vekemans.

Admisi ad audiendas confessiones tres Carmelitas nudipedes cum potestate absolvendi a casibus.

Folio 9 v

Commisi decano S. Gudulae agere cum Capitulo super juribus funeralibus Carmelitarum nudipedum.

Pransus mecum est pastor Vekemans et Wencelaus qui mihi dixit de Robiano. Abbas Parcensis mihi dedit facultatem transigendi¹⁶ cum sua Celsitudine de capno ut coiter singulis diebus celebret de 150 flor. ultra 50 provenientibus ex decimis de Ijserna.

City: Magistratus Mechliniensis mihi conquestus est de eo quod ordines tantum aggravant cerevisiam Mechliniensem quae consumitur in Brabantia et oem externa.

Pastors: Orville mihi conquestus est de pastore in Netenis quod ..lat canes venatices¹⁷, cedat sylvas, venetur et negotietur sicut et idem quoad venationem ac

¹⁶ transigere = een zaak in orde brengen

tensionem laqueorum de capellano in Ottenburch imo et minas ac percussionem eorum qui volunt impedire simul etiam valde conquerebatur contra pastorem in Watermale quod non procuret scholas dum in omni ignorantia saccrescit iuventus multorum populosorum locorum vicinorum. Etiam petiit salvum conductum pro eremita Spoelberch quem illi dedi.

Hartius: Scripsi Consiliario Hartio et misi illi litteras Abbatis Tongerloensis.

11 Dec 1617

Chapters: Pastor Thenensis Piperius tanquam missus a Capitulo petiit a me impediri pensionibus gravari praebendas S. Germani quod et feci per apostillam quantum in me fuit. Simul etiam a me petiit absolvi statuta quae cudit archidiaconus.

Pastor in Watermale mihi retulit de veridicis quae debeo impedire.

Pastor in Bijgaerden transegit cum Domino Forneau per rusticum vicinum pastoris in Crainhem eum iussi vocari in crastinum. Pransus mecum d. Pastor in Bijgaerden.

Cum Domino Cancellario relegimus depositionem monialium de Cortenberghe et resoluimus super abbatissa nostro iudicio constituenda.

Wencelaus ter hoc die mihi adfuit urgens causam montis pietatis, de quo dixit mihi cancellarius quod monebit suam Celsitudinem.

D. consiliarius Steenhuyse mihi misit munimenta tangentia confirmationem abbatissae.

Folio 10

Scripsi domino Outshern? ut mihi rescribatur cuius intentionis sit d. praepositus Rothnacensis quoad curam S. Martini et an iudicet impedire quod indicem concursum.

Item scripsi Rmo Ruremondensi pro habendo pastore in Jericho.

12 Dec 1617

Dolae Strickaert promisi agere de nepte eius in monasterio de Cortenberghe.

Holland Vicar: Iterum mihi adfuerunt Sibrandus et decanus Harlemensis.

Adfuit mihi prior Heylichemensis cum collatione curae de Wersbeke cui admisi institutionem quem misi ad archidiaconum acceptis litteris ab abbate

Heylichemense.

Dominus Cancellarius venit ad me ut subsignetur avisamentum nostrum pro abbatissa de Cortenberghe.

Secretarius Le Comte mihi attulit approbationem gestationis hycothecae(hypothecae?) S. Rumoldi qui nihil voluit honorarij. Promisi pastori de Weze incorporationem capellaniae Sti. Laurentii cum cura. Venit pastor de Crainhem et Woluwe mihi significans et confitens se parum doctum contentus quod scribam eius abbati Lobbeni qui pransus est apud me cum decano christianitatis Bruxellensi et pastore de Wieze. Mater nigrarum petiit sibi assignari superiorem cui promisi me id facturum antequam discedam.

Affligem: Venit ad me D. Rumoldus Mertens petens triginta florenos pro sacellano suo.

Pastors: Scripsi pastori Gerardimontensi ne festinaret¹⁸ pro vicepastore et ad resignandum sed de eo cogitandum.

Canonici S. Gudulae mihi permiserunt dicere nudipedibus carmelitis quod haberent dimidium jurium funeralium ut alii ordines et petiverunt ut venirent ad processionem Venerabilis Sacramenti et in die miraculosi.

13 Dec 1617

Pastor de Atroy dedit procuratorem irrevocabilem archidiaconum Mechliniense ad resignandam seu permutandam curam suam ante dominica palmarum proxima. Scripsi doctori Wiggers in commendationem adolescentis mihi commendati a Couberghe recens honeste promoti cui dedi sex florenos.

Scripsi archipresbytero Thenensi ad poss.....libellum Roberto de Hontoy? domino eo? vel in Lintre.

Affligem: Ob defectum siliginis iussi dari eleemosynas pecuniarias in Affelgem.

Folio 10 ♡

Dedi etiam mandatum Goubaut dandi pastori in Leefdale ad natalem Christi et Joannis 30 florenos pro officio vicepastoris alternativo in Vossem et Leefdale. Dedi Domino Consiliario Forneau actum libelli qualem petebat. Composui relationem faciendam Suae Celsitudini de capno religioso Parcensi. Promisi pastori Arschtano de accersendo advocato.

14 Dec 1617

Consecravi tria altaria ad carmelitas discalceatos.

Adfuit mihi bibliopola Trogniesius cum filio suo saeculari perquirens an vellem Alexandrum apprehendere cui respondi quod quando premar a superiori meo respondebo quod debeo.

Dedit etiam mihi quidam advocatus libellum pro Payhau cui nolui nisi hoc verbo respondere : faciam pro consilio et officio meo.

¹⁸ festinare = zich haasten

Jesuits: Consulendos patres super vita et moribus filii advocati Tsestich qui fuit ad societatis.

15 Dec 1617

Visitavi monasterium de Jericho et S. Elisabeth et permisi illis de Jericho commissarium qualem solent habere priorem S. Martini Lovanii salva mea commissione et cum illis offerrem ut laicae induerent exeuntes superpellice mater praebebat se paratam, non autem sic in S. Elisabeth.

Affligem: Conductores¹⁹ Vanden Sluysvijver me adierant sed nolui eis elocare sexcentis et 50 flor. et 200 carpionibus idque pro novem annis.

Dedi libellum Forestensium Suae Celsitudini et declaravi principi quod abbas Parcensis non teneatur nisi ad 50 florenos quos paratus est pastor relinquere capellano in Fura Ducis. Pressi principem ut daret absolutam commissionem super monte pietatis et exposui illi defectum sacelli in carcere Mechliniense ad quod mihi dixit darem libellum.

16 Dec 1617

Dixi archipresbytero quod ipse susciperet curam monasteriorum quae extra civitatem sunt, diceretque Borlutio quod ipse

Folio II

susciperet curam monasteriorum quae sunt in civitate Bruxellensi et promisi desuper litteras.

Dixi curato beguinagii quod quando tam dure rescribit Heuvelmans, sustineamus processum contra eum, ut per officia consiliariorum veniamus ad equitatem et ipse non destruat beguinagium.

Sua Celsitudo misit decanum Bisontinum mihi dicturum ut velim facere festum in diocesi mea solemne illud de S. Sebastiano cui respondi valde hoc turbaturum non tantum opulum sed etiam vicinos episcopos, quibus tamen exponam devotionem Suae Celsitudinis.

17 Dec 1617 Dominica

Scrpsi abbati parcensi de responso quod mihi Sua Celsitudo dedit. Et Domino Janssonio quod temere illi relatum sit de concursu ad permutationem. Item de intentione mea quia ad eum misi conceptum meum de sacellano Zichemense.

¹⁹ conductor = pachter

Egi cum domino avvocato fiscali ut scirem quid respondendum episcopo Namurcensi.
 Pransus sum cum toto concilio in domo consilarii Ballet.
 Venit nuncius spealis de L'hand? doyen de Bezanson.

18 Dec 1617

Popular: Acceptis heri litteris decani Bisoutini ad solemnizandum festum S. Sebastiani secundum devotionem principis. Respondi ex mente graduatorum osorii? item parte ...cap. 26 Emanuele. Ea in dictione festum non convenire hoc festum solemnizare quod propter populi murum et frequentes populi transgressiones in 1o Concilio Provinciale Mechliniense 4. Festa deposita sunt. Nec convenire ut nunc nova lege mandentur solemnizare ne peccatam leges authores? veniant et minime id convenire in mense januarii quando festa multiplicantur, minime autem Bruxellae ubi confraternitas S. Rochi 2000 hominum? ut illa? erigitaltare.

Folio 11 v

paratum me ..orare ut per con..... commendatur cultus S. Sebastiani utpestem.
 Scripsi etiam magistro Claudio (Verrydt) me optare ut Mulderus S. Rothnaci in Sancto Martino et mirare me quod non melius instruxerit abbatem Eenamensem de vita Andreae Tassman? quem nunc ipse mihi scripsit deservisse curam Nukerckanam, an matrem eius regressum Lovanium.

19 Dec 1617

Duos insignivi tonsura clericali Smits et Weu?.
 Praebendati affecti eligerunt canonicum Humage ad praebendam Van Loo et Gerardum Smits ad praebendam Humain declarantes nolle se amplius tenuiorem praebendam habentem transferre ad pinguiorem.
 Pastor in Buggenhout hic collocavit suum sacellanum apud meum caligarium, ad cuius expensas ego promisi 50 florenos annuos.
 Nepos Magistri Claudii qui dicit putare se quod ex sorore eius natus sit venit rogaturus an sit ordinandus.

20 Dec 1617

Pastors: Adfuit mihi et archidiacono pastor in Kerkcum quem reliquimus in suspensione propter nimiam ignorantiam et qui dixit se convenisse cum aliquo qui deserviet curae usque ad festum S. Joannis ut ipse interim vadat ad studia. Querendum an sit admissus a me.....

Household: Filius conductoris prati mei in Rijmenant attulit 60 florenos quos dedi matri ancillae.

Convocavi officialem archipresbyterum Humain et advocatum fiscalem sumens conclusionem pro competentia pastoris in Rijmenant. Item pastoris in Erps, dismembratione in Zichem et litteris ad episcopum Namurcensem.

Folio 12

Pastors: Cum archidiacono concepi quaestiones proponendas examinandis pro cura S. Michaelis.

21 Dec 1617

Affligem: Misi libellum cuius Wavriensis conquerentis de damno quod tanquam decimarum illator passus est pro informatione ad Claudium Goubaut.

Pastors: Venit Alostensis qui fuit deservitor in Borst et Borsbeke vocatus de Wilde petens sibi dari curam sed renui donec melius studuisset dicebatque se satisfacisse bibliopolae Bruxellensi sed nondum hospiti suo quem etiam monui ut diceret deservitor de Borst quod reciperet custodem quem abbatissa Forestensis jure suo illi destinarat quod recepit se facturum.

Pastors: Examinavimus concurrentes ad curam S. Michaelis. Examinatores sicut et pastor Thenensis mecum pransi sunt.

Consiliarius Corselius non indicavit licitam praxim quam pro filio suo per pensionem faciendam urgebat pensionarius Schotte

Affligem: Consiliarius Van den Broecke indicavit non promovendum cognatum Magistri Claudii ob pueriles mores donec maturescat.

Dominus Confrater noster Humain mihi dictavit litteras ad Illustrissimum D. nuntium et alias ad praetorem de Erps ut assisteret nostro executori ad arrestandas decimas minoris capituli S. Petri.

Pastor in Herent Vekemans discessit deceptus quasi collata esset cura quare dedi commissionem archidiacono ut revocaretur.

22 Dec 1617

Dedi minores ordines et tot pomeridiano tempore examinavimus ordinandos.

Affligem: Venit Mechlia(m) missus Claudio Goubaut et adferens summam quinquentorum setuaginta florenorum 19,5 stuferos, **Household:** ex quibus dedi matri 169 florenos 11 st. et ex alia mea pecunia 165 fl. simul ergo dedi matri 334 fl. 11 st.

23 Dec 1617

Celebravi ordines generales.

Recepi litteras moderni nuntii apostolici.

Folio 12 v

24 Dec 1617

Scrpsi litteras matri conversarum Bruxellensium.
Celebraui officium vesperarum ob natalis Domini vigiliis.

25 Dec 1617

Festum Nativitatis Domini.
Scrpsi litteras archipresbytero Lovaniensi ut moneret pastorem de Nethenis et capellanum Ottenburgensem et feci officium divinum.
Scrpsi matri nigrarum Bruxellensium.
Item ad nuntium apostolicum.

26 Dec 1617

Misi canonicum Humain ut nuntio edissereret? causam quam habeo cum minori capitulo Lovaniense et concepi commissionem Domini archipresbyteri Bruxellensis ratione monasterii extra portas Bruxellenses. In eius decanatu positorum et dedi ministro Humain litteras dandas Snellingo destinandas matribus conversarum et nigrarum.

Scrpsi etiam Domino praesidi Beuzecum? pro magistro Cornelio Sas.
Invitavi Smeyers cum familia et Conrardum Van Halen cum uxore.

27 Dec 1617

Reversus Humain heri, hodie mihi dixit Illustrissimum dominum nuntium non obstante omni ipsius Humain demonstratione sic ut ad aliquoties ad terminos non loqui reduceretur, permanere in sua sententia ut non vellet indicari exemptos Lovanienses nisi coram se, etiam in causa provisionale veluti in competentia pastoris super decimis quibus naturaliter est onus alendi pastorem et quando illi ostendebat sic solere Episcopos, indicare significavit eos male fecisse aut saltem non debere se respondere de factis antecessorum suorum volens pastores conquerentes de competentia coram se venire indicandos hoc ipso ut

Folio 13

dicebat Humain tollens omnem iurisdictionem episcoporum ad providendum pastoribus, quandoquidem multa sunt capitula exempta simul et abbatiae et

monasteria et suadebat Humain rem ad episcopos Sylvaeducenses, Antverpienses et Gandavenses referendam.

Heri scripsi litteras ad dominum de Baveghem ut velit executioni mandare sententiam officialis nostri contra Tochanum? Hayoul et Franciscam Visschers concubinarios in Matere.

Invitavi consanguineos meos et affones?

Numeravi D. Adriano centum et viginti florenos.

28 Dec 1617

Scripsi domino Steenhuyse responsum seu iudicium meum super chartis datarii pontificis nempe videri bene responsum ad praetensiones ipsius domini datarii et praesertim in secunda expansione et examinatione dictae responsionis in qua premitur caput nihil de electione et electi? potestate in decretalibus Tit.6. Inde manifeste constat per alios quam per pontificem solere multos praelatos confirmari et remisi dicto Domino Consiliario chartas ab ipso mihi communicatas et huc pertinentes idque per cognatos archidiaconi quos tonsuraveram.

Archidiaconus et ego examinavimus Vekemans pastorem in Herent qui venit examinandus ratione concursus eo quod examen in hunc diem fuit dilatum.

Pastors: Post vespervas et laudes convenerunt omnes examinatores et lectis omnibus responsis indicavimus uno sensu magis idoneum? esse inter concurrentes Petrum Lucas pastorem Berthemiensem.

29 Dec 1617

Pastors: Scripsi capitulo Lovaniensi me et ceteros examinatores indicare maxime idoneum ad curam S. Michaelis dictum pastorem Berthemiensem et archidiaconus nostrum iudicium perscripsit Domino Pastori.

Scripsi praeposito Rothnacensi velit providere Muldero de cura S. Martini.

Scripsi etiam Outshornio insertis litteris eius domini praepositi.

Folio 13 v

Accepi litteras Domini abbatis Heylichemensis de intolerandis insolentiis Laurentii Payhau qui ipso hoc die in Tildonck voluit longo sclopeto traicere Paulum Pardys equitem militem ..entantem in Tildonck int Smisken, sed impeditus est per hospitem domus quem prius rogarat an in domo eius non esset miles.

Payhau: Scripsi responsum abbati Heylichemensi rogans ut duos aut tres irrefragabiles testes audiret supra eo quod dicto Paulo in dominica die vigilia nativitatis circa quintam vespertinam acclamaverit Jeremie Dieu et multa verba iniuriosa et studuerit eum raicere ac tertia emissionem bombardiae occiderit canem dicti militis Pauli ad pedes eius stantem dicendo Paulo quod sit incantator eo quod non potuerit eum occidere, et quod eadem nocte audiverit confessiones

quod illi non est permissum et quod hoc ipso die in Tieldonck in diversorio Het Smisken voluerit sclopeto trajcere dictum paulum nisi hospes avertisset bombardam.

Scripsi eidem abbati alteras litteras ad sciendum si Joannem Molanum vellet diu tenere circa Wersbeke quod illi dissasi ut scirem quid de seminarista facerem.

30 Dec 1617

Affligem: Dictavi litteras ad Couckium ut in secunda januarii adsit redditurus rationem una cum statu administrationis suae.

Administration/Expenses: Invitavi officialem Humain, Tromperts cum uxore et promotorem et cum esset aliqua questio de taxandis juribus dixi coram omnibus illis serio et quali pro lege approbantibus aliis et acceptante promotore quod quando promotori mando ut aliquam informationem capiat aut causam prosequatur tunc possit computare ad onus rei omnes rationabiles sumptus et vacationes quas illi taxabit iudex non autem ad onus meum. Secundo quod rationabiles sumptus non possint censere nisi secundum iudicium iudicis et Tertio quod hae illi non adiudicabuntur nisi cum docuerit se habere mandatum nostrum ad causam istam prosequendam aut inchoandam.

Folio 14

Quarto quod non debet sibi adscribere sumptus aut labores archipresbyteri quando illi res committitur nisi pro quanto illi adesse aut eum minare debet.

31 Dec 1617 Dominica

Rescripsi officiali Antverpiensi iussique illi dari per Beyerlinck cui quoque scripsi 20 flor.

Scripsi etiam pastori in Crainhem me accepisse humanas litteras ipsius praelati Alnensis? et suasi illi rediret ad monasterium.

Pransus sum cum toto concilio in domo Corselii.

1618

Kal. Januarii 1618

Legi prolixas informationes contra Payhau.

Invitavi Bassum magistrum cantus et apparitorem Van Doornick.

Miracles/Jesuits: Visitavi reliquias apud patres Societatis.

Soror Joanna Boisot misit litteras per destinatum nuncium ut possit ire allatum pecuniam cui respondi tempus esse ut se componat secundum suam vocationem

et sit contenta quod toto anno habui patientiam cum ea facile me percipere quod parum spei sit.

2 Jan 1618

Celebravi in Blijenberghe et audivi singulas moniales declarantes quod cuperent concludi et alia quaedam ex quibus feci quandam determinationem eorum quae ratione clausurae observanda sunt una cum archidiacono.

3 Jan 1618

Venit pastor Berthemiensis declarans quod capitulum resolverit ad se hac vice non pertinere praesentationem itaque domum reversus significavit se nihil moturum nisi nostras recipiat litteras.

Marriage: Uxor Anthonii Daems mea consensu ab eo separata petiit lectum suum sed respondi non posse illum nisi iuridice extorqueri²⁰. Pransus apud me Magister Henricus chirurgus.

4 Jan 1618

Concessi secretario Tromperts ut tanquam commissarius officialis taxaret sumptus processuum officii quo res citius expedirentur sed secundum quod die 30. decembris ordinavi.

Folio 14 v

Obtulit ministerium suum Joannes Hofmans Leeuwensis ut fieret apparitor. Absolvimus clausuram Blijenbergensem.

Affligem: Cum heri hic fuisset dominus pastor in Buggenhout petens vellem ipsi assignare portionem canonicam ex decimis eoque magis quod iam indicasset magnum valorem decimarum quae villici subticuerant et quod in hac cura licet tantum deservitor actu? resideret, offerens laborem facere in favorem decrepiti ac delirantis pauperieque pereuntis sui sacellani. Ego consideratis rationibus eius illi addixi ex decimis octuaginta florenos annuos.

5 Jan 1618

Hauchin/Memory (this was long ago): Anniversarium Reverendissimi praedecessoris mei.

²⁰ extorqueri = ontrukken

Affligem: Venit uxor calligarii mei quae nutrit capellanum de Buggenhout petens triginta florenos dicens sibi faciendam provisionem ad alendum capellanum de quo nudiustertius ad hoc dedi ratione decimarum triginta florenos.

Invitavi Humain priorem Augustin_ d. Marinum et Philippum van Aken.

Scripsi plebano Bruxellensi quod dedi decano S. Gudulae facultatem audiendi confessiones ibidem.

Scripsi archipresbytero Alostensi sinuando quod non esse opus laboro se persequi dominum Joannem Vanden Bossche quandoquidem incorrigibilis sit. **Heresy:**

Item quod promotori et dederim nomen illius antiqui pertinacis haeretici in Denderleeuw.

6 Jan 1618 Festum Epiphaniae

Accepi litteras decani christianitatis Thenensis quod Payhau illi insinuaverit se revocare promissionem resignandi curae et moneatur debite a carmelita qui deservit curae.

Attulit mihi dominus confrater Humain relationem eorum quae meo nomine fecit apud nuntium apostolicum.

Cornelius Gast villicus de Hofstade attulit in diminutionem sui debiti 154 florenos comprehenso porco 15 fl. et 1 flor. in butyro quos Adrianus accepit.

Folio 15

7 Jan 1618

Scripsi praesidi Masio ad instantiam pensionarii Fumael.

Invitavi sororem meam cum filia et d. Nicolaum.

Monendus mihi est magister cantus.

Assumpsi dominum Humain in vicariatu.

Absolutae fuerunt litterae quoad conceptum inscriptae Illustrissimo Domino nuntio et relatio Humain mittendae ad episcopos.

Scripso Maldero eundem curans institui in curam S. Martini Rothnacense.

8 Jan 1618

Scripsi ad priorem Heylichemense in gratiam seminaristae Manden.

Patronage: Comentariensis? castri Vilvordiensis Niverzeel me rogavit suscipere in seminarium alterum eius filium offerens 40 flo. annuos sed non acceptavi dicens me locuturum cum provisoribus.

9 Jan 1618

Chapters: Acceptis litteris a 4. canonicis Diestensibus eisdem respondi per destinatum nuncium ipsorum, quod non sciam melius consilium quam quod quidam eorum adeant nuntium apostolicum interim me adhuc cogitaturum suadere quid et ipsi cogitent.

Adfuit mihi pastor in Helen Bollens pro competentia quem remisi ad curatum de Orsmael qui est persona de Helen.

Suscepi cogitandum de juribus litterarum renovatarum deserviturarum.

Dedi approbationem et curam animarum decano Anderlacensi.

Invitavi advocatum de Maren cum uxore et sorore, advocatum fiscalem Wou cum uxore et fratre, sed non venit neque frater neque uxor.

10 Jan 1618

Accepi litteras vale... a Capitulo Leodiense concernentes ecclesiam de Raetshoven dedique recepisse.

Dedi pastori de Woluwe S. Lamberti beneficium S. Mariae Lamentabilis.

Promisi Pastori de Tornepia scribere matri hospitalis Bruxellensis.

Installavi canonicum Humain et excepi eius iuramentum in vicariatu.

Invitavi dominam de Zieckelier?, funtes?, Anna Pamelis cum nepte et beguina Mynken.

Folio 15 v

In vicariatu non potuerant mihi dare claram resolutionem contra Payhau.

Miracles: Audivi mirabilia mihi nunciata per canonicum Cortracensem ex nomine patris de Carne.

Scripsi archipresbytero Bruxellensi quod visitaret sacellum Domini de Ligny.

11 Jan 1618

Adfuit mihi Baillivus terrae de Rode intercedens pro Guchtenare ac dicens eum a vermibus comendi cui misi eleemosynas 4 flor.

Affligem: Receptor Coucke incepit reddere rationes suas flaccide nimis qui advenit cum uxore sua heri vesperi.

Accepi litteras magistri Claudii cum gafris Cortracen.

12 Jan 1618

Affligem: Audivi computus receptoris Coucke tam ante quam post prandium.

Rogavit me uxor receptoris ut velim filium eius patri substituere.

Scripsit ex nomine meo D. Adrianus praetori Grimbergensi Goij haberet ratam praeventionem qua adulteram eius subiectam? praevenerat et absoluerat.

13 Jan 1618

Misi litteras per famulum Aegidum Antwerpiam et Sylvaeducis et per nuntium Gandavensem ad episcopum ibidem.

Scrpsi comitissae de Feria super examine patris Petri ordinis minimorum.

Jesuits: Venit P. Tempel jesuita qui mihi retulit se apud nuntium valde contemptum locutum de Trognesium vocans eum scurrum et sibi dixisse Trognesium quod ipse a nuntio constitus esset et rem componeret inter vicarium apostolicum et jesuitas ac respondisse nuntium Trognesium mentiri, dixisse etiam se nuntium quod bene conveniat inter vicarium et jesuitas quid et mihi asseruit et si male conveniret non esse Trognesium qui scurra idoneum ad tales conciliandos, se esse superiorem jesuitarum in Hollandia ubi sint 18?.

Folio 16

14 Jan 1618 Januarii Dominica

Rescripsi domino licentiato Le Mire cur non apprehendam Trognesium. Pransus sum cum toto magistratu apud consulem Verhoeven.

15 Jan 1618

Affligem: Absolvimus computus receptoris Coucke qui cum uxore et filio mansit adhuc hoc die quando Smeyers et Cleri? suaserunt eum adhuc aliquantisper tolerari ut interea filius discat praxim.

Misi archidiaconum Lovanium, Thenas et Leuwas ut videret quid agat Payhau et informet se quomodo cum ipse agendum.

Affligem: Venit computatum Snellingus.

16 Jan 1618

Affligem: Discessit Coucke cum uxore et filio cui dixi me scire consilium cum conductoribus bonorum de Ransenier qui habitant in Brabantia et inter eos qui habitant in Flandria vocaret particulatim singulos illis studens timorem incutere ut ad aequabile precum reducantur cumque diceret existimare se quod novissimus annus expirasset elocationis decimarum. Dixi, ne deinceps eas elocaret, sperare me loco 28 florenorum habiturum ducentos. Dixi etiam illi me nolle ferre sumptus processus de Baesroode, quandoquidem eum inceperit sine meo consilio et consensu, ad quod non contradixit verbum. Mandavi etiam deinceps mihi in charta describeret bona elocanda ut possim me informare et caetera capita conditionis quibus est acceptatus in officum et quae juravit curaret servare nolle me periculo honoris et conscientiae meae deinceps hmoi negligentias tolerari. Ad quod respondit se ita facturum.

Affligem: Auditi sunt computus Snellingi tota die.

Suscepit Humain legendum conceptus statutorum officialis Mechliniensis.

.....